

regi Theotonici, ^{archi}episcopus quoque Iconensis et
 alii plures episcopi. // Itaque patriarcha cum magna
 humilitate cleri et populi vexillum vivifice crucis
 tulit. Siquidem cum Saladini immineret bellum,
 crux secta fuit, et passim ad prelium delata amissa.
 Reservata vero nunc contra adversarios portatur.
 qui sentientes exercitum Sionni ordinate re-
 cedere per planum Tabe et montes Gelboe usque ^{xp. 1150}
 Damascum inde pegerunt, Terram vastandam
 relinquentes exercitui christiano, qui in vigilia
 sancti Martini Jordane transiit. Sicut in
 illis lotis corporibus biduo recreatus est. Deinde
 visitans loca Christi praesentia consecrata per-
 venit Bethsaiddam civitatem Andre et Petri.
 Prima dominica de adventu castrum aggreditur.
 Tertia dominica de adventu castrum aggreditur
 maxime rex Jerusalem in monte Tabor, ubi et
 ad univalem unum stravit, sed nocte superve-
 niente inglorius de monte descendit exercitus.
 Deinde a latronibus et avaritate generis multa
 passus est maxime in vigilia natiuitatis Sionni,
 multi tamen et captivi utriusque sexus bapti-
 zati sunt. // Post haec exercitus Sionni in adfuerunt
 diuersus est. Rex Hungarie et Cypr. Tripolim pro-
 fecti sunt. Rexque Hungarie brevi tempore con-
 moratus cum magno dampno terre promissionis
 recevit. Peregrinos enim, galeas, dextrarios et
 iumenta cum ~~armis~~ ream ~~duxit~~ traxit, multum
 aduocatus a patriarcha, ne sic recederet. Tandem
 excommunicatus est cum omni sequela. Nihil par-
 timidorum et effeminatorum remansit in Achaia. //
 Rex vero Jerusalem et dux Austriae et cum Hospita-
 libus sancti Iohannis et episcopis predictis et
 quibusdam aliis castrum celeriter et utiliter
 firmaverunt, licet inimicorum sepius inuitia-
 retur aduentus, et in ecclesia beati Petri patri-
 archa celebravit, et in purificatione virginis. Templarii

max c.

h. e. add. post del.